

1. Per suffragia eligere & quasi χειρας τείνειν vel attinacere, manus tendere vel attollere in signum suffragii.

2. Ordinarie inde nomen habet, quia manus extenduntur & imponuntur initiandis, quod probant LXX. interpp. Es. LVIII, 9. ponentes χειροτονειν pro אצבע שלה digitum mittere vel manus extendere. Utraque vox tam χειροθεσιας quam χειροτονias dupliciter accipitur. (1) SPECIALITER pro sola manuum impositione, sive ut loquitur Bellarmin. de sacram. Ordin. cap. 2. super caput ordinandi extensione. (2) GENERALITER pro toto ordinationis actu, quam præcipue preces presbyterii & Ecclesiæ sicut & jejunium præcedebant. Tremell. in not. ad Act. XIII, 3. lit. e. Actus vero hic, talia tanquam præcipuam sui partem in se complectitur. D. Gerhard. l. c. cap. 3. sect. 12. §. 142. p. 142.

§. XX.

Ritus χειροθεσιας a nostris adhibetur, 1. Ut persona Ecclesiæ publice designetur.

2. Ut vocatus de sua legitima vocatione certior reddatur.

3. Ut sit solennis testificatio in ecclesia, servatam esse electionis & vocationis formam divinitus præscriptam.

4. Ut significetur DEUM approbare vocationem, quæ fit voce ecclesiæ.

5. Ut oratio populi pro Pastore sit ardenter.

6. Ut admoneatur vocatus, se DEO esse consecratum & sacro officio quasi emancipatum.

7. Sciri potest hos ita initiatos, esse oneri ferendo pares judicatos.

8. Mores ordinandorum in tam seria actione serius emendari possunt.

9. Quantum Mercenarii a fidis pastoribus distent, admonentur.

10. Fanatici imperiti & superstitionis, ne sibi munus docendi adrogent, prohibentur & deterrentur.

II. Au-